Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Extasis Divina.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

ſequar te ſemper, ô Jesu: vade quocunque vis, ſemper te ſequar, etiam aſtrictu & ligatus, catenatus, clavis tecum affixus. *Ad crucem? ad crucem. Ad mortem? ad mortem. Paratum cor meum, Deus, paratum.* Proſcribe, mens mea, omne aliud objectum: obliviſcere, voluntas mea, omnem amorem terrenum: dic: *Non judicavi me aliud ſcire, nec aliud amare, niſi IESVM Chriſtum, & hunc crucifixum.* Quia nulla veritas digna, quæ cognoſcatur, eſt: nulla alia bonitas digna, quæ ametur, quàm Chriſtus, & ille quidem crucifixus.

CONSIDERATIO XLI.

AMOR DEI,

Extaſis Divina.

O Mirabilem affectum Divini Amoris! facit animam exire extra ſe, & intrare in Deum: exire de angustiis propriæ humanitatis, & intrare in felicitatem Dei. *Divinus Amor extaſin facit*, ait S. Dionyſius. Elevat animam extra ſe, & ſupra ſe. Et quantùm ſupra? Ad ſummum, ad Divinum, ad infinitum, ad pulchritudinem Dei, ad Eſſe Divinum, ad naturam Dei: ut vivat non ampliùs vitâ propriâ, ſed vitâ Dei.

Vis exemplum animæ extaſim paſſæ, & primùm ex parte intellectus? *Non judicavi, me aliud ſcire inter vos, niſi IESVM Chriſtum, & hunc crucifixum* Tota mea Scientia in iſto comprehenditur, Noſſe Chriſtum, & hunc Crucifixum. Vis etiam extaſin affectus? *Vivo ego, jam non ego, vivit verò in me Chriſtus* Vivo ego, ſed non in me, ſed in Chriſto: quia amor meus eſt extra me, totus collocatus in Chriſto.

Ecce metas noſtræ Scientiæ, ecce metas amoris: Chriſtum crucifixum. Ubi eſt vera Scientia? in cognitione Chriſti crucifixi. Ubi verus amor? in amore

Chriſti crucifixi Scire meum, Chriſtus crucifixus
ſcire, ô amare! beatum ſcire, beatum amare. O A
Divine, Amor extatice, experiatur ſpiritus meus
tuæ virtutis, ſit anima mea, ſupra me, non infra me
ſupra me, *elevor in naturam divinam*: ſi infra me,
mor in naturam beſtialem, inquit Auguſtinus.

CONSIDERATIO XLII.

AMOR DEI,

Amor Guſtus Divini.

TRes modi Amoris diſtingui poſſunt: *Am*
tiam Dei, amo Voluntatem Dei, amo Guſtu
Amo Gratiam Dei, fugiendo omne peccatum
amo Voluntatem Dei, fugiendo etiam veniale
ſtum Dei, ubi nulla eſt culpa, nec mortalis, nec v
Poteſt ulterius dici, *Amo Gloriam Dei, amo*
pationem DEI. Amo gloriam DEI, tam in
complacendo mihi in divinis perfectionibus,
dendo, quod tales ſint in ſeipſis, infinitæ,
immenſæ: quam externam, deſiderando, ut De
omnibus cognoſcatur, ametur, colatur. Amo
pationem Dei, diligendo ipſius Dei amore, om
turas, quæ ſunt bonitas participata à Deo.

Denique dixeris, *Amo imitationem Chriſti*:
cum eadem voluntate, gloria, guſtu Dei;
eſſe dives, & pauper; honoratus, & ſpretus;
& ignorans; tamen ad majorem imitationem
eligerem potius eſſe pauper, quàm dives;
temptus, quàm honoratus; haberi pro ig
quàm pro ſapiente. Ut S. Ignatius docet.
eſt actus Caritatis perfectiſſimæ, qui continet p
ſimam imitationem Chriſti. Amo contemptum,
injurias, amo dolores; quia hæc omnia ſunt D
in Chriſto: amo potius eſſe pauper, & Chriſto

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN